

DE SERVITVTI-
BUS PERSONALIBUS,

DISPUTATIO XII.

D. DIONYSIO GOTHOFREDO
*J.C. & LL. Antecessore in Academia
Argentinenſi, Praefide:*

PHILIPPO REYSERO MAR-
purgenſe, Respondente.

Disputabitur 30. April.



ARGENTORATI,

Typis Joſie Ribelij, per Andream Rietſchium.

ANNO CHRISTI M. DC. III.

GENERO SO AC STRENUO
EQVITI MATTHIÆ STAINPACH DE
STAINPACH IN SRBICZ, KORNHAUS, ET
Przernbenicz, Romani Imperii Consiliario
probatissimo,

Domino suo gratioso

Subsequentem disputationem,

IN

Observantia monumentum,

ET

Studiorum testimonium,

offert & dedicat

RESPONDENS.

ARGENTORATI

ANNO DOMINI M. DC. III.

DE
SERVITUTIBUS PERSONALIBUS.

THESIS I.



SERVITUTIS vocabulum in jure nostro non est uniusmodi, cum aliàs de hominibus accipiatur, tuncq; à servando appellatum sit: aliàs, ut etiam hac in disputatione, de rebus, dictum à serviendo.

§. 3. *Inst. de iur. person. l. 4. ff. de stat. hom.*

2. ¶ In hac igitur postrema significatione servitus in genere definitur conditio seu qualitas rei, qua dominus ob hominum vel prædiorum utilitatem cogitur quid in re sua non facere, vel pati, ut alter faciat.

l. vii. §. si fundus ff. de servitut. præd. rust. l. quid aliud ff. de verb. signif. l. fundum ff. quemad. servit. amit. l. quociens is. in fin. ff. de servitut.

3. ¶ Dividitur exinde in personalem & realem seu prædialem. De illa in præsens videbimus.

l. i. ff. de servitut.

4. ¶ Servitus personalis est qua res aliena personæ servitutem præstare tenetur.

5. ¶ Distinguitur à Icto Marciano in usum & usumfructum.

d. l. i. ff. de servitut.

6. ¶ Usus est servitus personalis rebus alienis utendi.

7. ¶ Usus appellatio generalis est, & distingui potest in verum & quasi usum.

8. ¶ Verus usus est qui consistit in iis rebus quæ usu non consumuntur: cuius generis sunt fundus, pecus, armenta & similes res.

9. ¶ In fundo potest constitui usus habitationis, ^a itineris, ^b aquæductus, aquæhaustus, pecoris ad aquam appulsus, uvas premendi, exprimendi, trituri frumenta.

^a §. 2. *Inst. de usu & habit.* ^b *l. pen. ff. de servit. legat.* ^c *l. meli §. fin. ff. de aliment. legat.*

10. ¶ Habitatio tantum in rebus immobilibus consistit, &